Universitätsbibliothek Paderborn

De Sapiente Frvctvoso Epistolares Libri quinque

Bonifacio, Juan

Ingolstadii, 1606

VII. Eidem de inutiliter concionantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51159

Visual Library

guſtino ſublatum eſt, & ſalutaris eloquentiæ vis declarata, quæ inermis, & nuda impia Cæſarienſium arma compreſſerit, luctuoſumq́; ciuium ſpectaculum ex Chriſtianorũ oculis in perpetuum remouerit. Vale, & te Auguſtini præbe ſimillimũ, quem quanti facias tuarum concionũ hortuli demonſtrant maximi huius doctoris ſacris, auguſtiſq́; fontibus irrigati.

EIDEM,

De inutiliter concionantibus.

EVANGELICVS concionator & verus Hieronyme doctiſſime pro virili ſua parte contendit, vt flagitiis, ſceleribuſq́; pulſis, ac profligatis virtus dominetur: à quo ſtudio illi abhorrent, quos moralis pudet concionis: quiq́; illa tractant quæ æquis & auribus, & animis ſceleratus attendit auditor. Sic enim de virtute diſputant, ſic inuehuntur in vitia, vt nec velle cæteris, nec ſibi quæ dicant, perſuaſiſſe videãtur. Nam huiuſmodi concionibus deeſt ille dolor actionis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qui mentis eſt index, illaq́ue eſt ſ
ſubiecta materies, ex qua populus ſ
leribus, & flagitiis inquinatˀ nihil
litatis, & medicinæ capere poſſit. Cu
enim remedia nulla ſint, quæ tàm
ciant dolorem, quàm quæ ſunt ſalu
ria, hominumq́ue tumorem tanqu
ſtrumam orationis ſcalpello reſeca
non audeant, doloriq́; medici parc
& auditorum, & ſuo, amiciſſimo p
pulo concionantur. Sæpè enim e
nire ſolet, vt curationem, quæ fer
& igne conficitur, tàm medicus, qu
ipſe reformidet ægrotus, ad facilio
q́ue medicaméta veniatur, quibus
cera foueantur magis, quàm ſanét
Cùm enim vulnus inſedit, chirur
opus eſt, qua ſecetur, atq́; vratur ęgr
tus, quæ verò hæc acerbiora man
exequitur, cùm minùs videtur, tu
magis manſueſcit. At eſt, inquiun
ingenij opinio captanda, quæ ſimu
atque orationis, concioniſq́; deflex
ad morum obiurgationem declinau
orator, eleuatur neſcio quomodo, pl
riſq; vociferationem illam ſecus inte

pretantibus, eruditionis, orationiſq́; inopia fieri ſuſpicantibus, vt ex alto quaſi in terram cadat orator, & domorum vicia, velut, quædam ſuæ infantiæ latibula quærat, quaſi verò ingenioſi alij ſint, niſi qui hominũ ſaluti quanta maxima poſſunt remedia comparant, atque conquirunt, nec ob aliam cauſam libros euoluunt, niſi vt eſſe hominibus fructuoſi poſſint. Quid aliud ſancti doctores factitarunt? Quis Ariſtotelem non admiratur de moribus diſſerentem? quis Ciceronis officia non effert in cœlum? quis Senecam non ſuſpicit? quis non Plutarchi moralia præcepta dilaudat? quis illis ſcriptoribus laudẽ pleno modio non tribuit, qui ſe totos in optimo vitæ genere explicando tradendiſq́; benè viuendi præceptis collocarunt? Negat Craſſus apud Ciceronem magnum illum eſſe oratorem poſſe, qui de moribus & vita nõ agat: Carneades autem proemiorum, epilogorumq́; præcepta nugas appellat comparatione illarum rerum, quę ad ciuitates inſtituendas,

1. De orat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

das, leges ſcribendas, æquitatem,
ſtitiam, fidem, cupiditates frang
conformandoſq́ue hominum m
conferuntur. Equidem adduci
quam potui, vt cócionem probar
quæ ad homines permouendos
non eſſet. Orator verò vt moueat
ctat, & vincat non vna ſit materia
tentus, arté adhibeat, rem popul
In arte poe. dicat, miſceatq́;, quod dixit Hora
vtile dulci. In eos enim concion
res incidere ſæpè ſolemus, quos
tuoſos magis, quàm ſtudioſos, cl
tores, quàm doctores eſſe delec
quorum illepida, & inſulſa conci
efficit. Doceri enim, mulceri,
ueriq́ue volumus, quod eximiæ ſci
tiæ eſt, & eloquentiæ non vulga
Me quidé quorundam ſic frangit
tio, vt quidquid admoneant, fa
mum me præbere ſoleam, & ad f
enda, quæ dixerint, me me ſtatim
parare ſtudeam: quod quidé tùm
nit, cùm nó ſolùm compta oratio
ornata, atq́; elegans, verum etiam
ipſæ calent, & quæſtio vtilis tracta

vtili

viliter. Cùm autem mollis oratio eſt, & quæ aures duntaxat oblectet, erigo memet, ſolutuſq; illo metu, quem grauem, pium, ſanctum, & ſalutarem dicentis ardor ſolet iniicere, meiq; immemor, concionis auditorem me præbeo curioſum. Vnde profectò intelligi poteſt, quã ille ſit & fortis, & vehemens, qui de moribus ſalubriter eloquatur. Qui enim grauiſſimum concionandi munus præclarè obeunt, vel ipſos dicendi artifices mouere primos debent, ſanare, mutare, corrigere. De morte me audiente concionatus quidam eſt, aderant duo maximi concionatores, ſeſe orator geſſit ſtrenuè, ea enim dixit, quæ qui doctus non eſſet, dicere non poſſet: ita dixit, vt nemo in illa maxima frequentia adeſſet, quin quæ audiret, ab illo ipſo, qui diceret, fieri fateretur: duo illi, quos dixi, concionatores, quorum vtrumque, alterum altera de cauſa Hiſpania vniuerſa concelebrat, nil ſe vnquam melius maiuſque audiſſe, preq; illo cõcionari ſe neſcire dixerũt.

Cùm

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cùm enim ars ad materiam acce
& actionem æquat oratio, nec or
ris vita diſſentit, tum admirabile
exiſtit, quo partim viſo, partim a
to & infantes, & eloquentes obſtu
cunt. Qui autem morum eme
tione prætermiſſa inauditas qua
nes, inutileſq; ſuſcipiunt, & tanq
relicta patria nouas regiones ra
orationeque perluſtrant, lauda
quidem ab imperitis ſolent, eru
rum tamen, beneque de rebus e
mantium laudẽ & plauſum raròc
ſequuntur. Eſtq; eorũ ridenda
cionis ieiunitas, qua ne gloriola
quidem aſſequuntur, quam vnan
tiebant. Quibus illud etiam eu
neceſſe eſt, vt non tam iucunda p
morum laus ſit, quam vnius vitup
tio moleſta. Quinetiam dulc
conciones non illo ſolùm pernic
nomine ſunt, quòd turpiter viu
quaſi licentiam dare videntur, ſe
iam quòd concionatorum cum c
cionatoribus cõparationes inueh
odioſas. Nam improbiſſimi ho

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nes,quibus inuiſa obiurgatio eſt,ad leniores illos confugiunt, vt qui forum atque tribunal effugiendæ pœnæ cauſa declinant, quos etiam concionandi artifices dicunt eſſe præclaros, vtpote qui literis,non minis, rationibus, non vociferationibus agant, amanter ſermocinentur,nõ amentes debacchentur. Hinc illa non modò iudiciorum, ſed etiam morum diſſimilitudo, hinc quorundam cõtentio turpiſſima, qui nec ſe ipſi corrigunt, nec alios corrigi, & curari patiuntur: qui ita veſani, amenteſq; ſunt, vt bonis concionatoribus obſiſtant, atque obſtrepant, multoſq; à ſalutari, & veridica concione retractos in ea templa venire cogant, vbi ad cõcionatoris molliculi vocem nulla ſacri ædificij atque operis columna contremiſcit. Itaque in factiones, parteſq; diuiſi ciues alij aliud concionandi genus perniciosa contentione defendunt. Qui autem maximi oratoris nomen aſſequi cupiebat, vel in falſi doctoris,ac prophetæ, vel certè in ſeditioſi ciuis crimẽ incurrit: fieriq;

ſæpè

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſæpè ſolet, vt non ſolùm concio-
inflatus non aſſequatur, quæ am-
ſè concupiuerat, verum etiam
nis, & bonis euerſus infami ſupp-
affectus intereat. Nam habenti
Lucæ 19. tur, vt diuina canunt oracula; no-
benti, & quod habet, auferetur. D-
rauit hoc nobis Eraſmus, cuius v-
tis eloquentiam noſtri & paren-
aui mirabantur: qui tamen vbi p-
cœpit eſſe in religione ſuſpectus,
tantùm Chriſtiani, ſed etiam Tu-
nomen amiſit. Eiuſmodi enim li-
ſcripſit, à quibus multum detri-
pietas capit, nihil adiumenti lati-
Sermone ſiquidem vſus eſt vario
xto, ex multiſq; dicendi cõfuſog-
ribus, quod ſanè vicium tum ma-
apparuit, cum à piis & planè cul-
minibus Ciceronis ſtylus longo
interuallo reuocatus. Neque ho-
li Eraſmo contigit, ſed multis e-
nationum exterarum homini-
qui vt erant Romanæ Eccleſiæ ad-
ſi, ſic eos Romani ſermonis, q-
minimè arbitrabantur, candor, p-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uſq; defecit. O miſeros, ſi intellexe-
runt, miſeriores, ſi nõ præſenſerũt, ip-
ſorum amentiã literis poſſe mandari:
nefariæq; perfidiæ ne poſteritatẽ qui-
dem omnium ſeculorũ immemorem
fore. Patere hoc loco præterire me
noſtram calamitatem, id eſt, quorun-
dam Hiſpaniꝫ Theologorum lapſum,
qui primò ſtrangulati, deinde combu-
ſti, quàm ſit peſtifera ſuperbiæ radix
docuerunt: quamq́; inuiſi Deo Opt.
Max. ſint, qui concionantes auribus
blandiuntur, deq́ue ſui exiſtimatione
ſolliciti Chriſtum non prædicant cru-
cifixum. Et nimirũ hi ſunt, quos diuus
Paulus diuini verbi adulteratores ap- *1. Corin. 4.*
pellat. Quæ Apoſtoli verba ſanctus
Gregorius interpretatus ſic ait. *Ad-* *Lib. 16. moral. c. 25.*
ulter non prolem, ſed voluptatem quærit,
& peruerſus quiſque ac vanæ gloriæ ſerui-
ens rectè adulterare verbum Dei dicitur,
quia per ſacrum eloquium non DEI *fi-*
lios gignere, ſed ſuam ſcientiam deſi-
derat oſtentare. Quem enim libido glo-
riæ ad loquendum trahit, voluptati ma-
gis, quàm generationi operam impendit.

Ab hoc

Ab hoc mi Hieronyme adulterio
ro te abeſſe: & filios Chriſto, ei
Eccleſiæ procreare iuſta natos v
Vale, & in iſto vtiliter, viriliterq;
cionandi conſilio permane.

HIERONYMO ANGLO.

De oblectandi neceſsitate.

VEREOR mi Hieronym
reprehendar, cùm hæc
ſcribam, quæ de oblectan
concionatore auditoribus præ
collegi, ad te, inquam, qui in op
genere dicendi tàm longè proce
quod ſi facerem quaſi te erudire d
cere volens, iure accuſarer, ſed a
plurimum abſum: neque enim v
cas, quæ ſunt tibi tritiſſima, ad te
mus, ſed quia tuum mihi iucun
eſt nomen, & quòd te æquiſſimu
rum mearum æſtimatorem expe
& iudicem. Attendes igitur dili
ter vt ſoles, quæ de oblectandi ne
tate, modo, & ratione à me diſp
tur. Sunt enim, qui orationis ſ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN